846.

MISSA SEX VOCVM.

AD IMITATIONEM SVAVISSIMÆ Cantionis: Non auferetur sceptrum de Iuda &c.

HVIC ADIVNCTAE SVNT CANTIONES aliquot sacræ, Quatuor, Quinq;, Sex & Octo uocum.

AVTORE

ANDREA CRAPPIO SCHOLÆ Hannouerensis Cantore.

TENOR.

VVITEBERGÆ

Excudebat Iohannes Schwertel, Anno M. D. LXXIII.

INDEX CANTIONUM, QUAE IN HOC libro continentur.

Amplissi.

AMPLISSIMIS ET PRUDENTISSIMIS *VIRIS, DOMINIS CONSULIBUS ET SENATORIBUS INCLYTAE REIPUBLICAE HANNOVERENSIS, DOMINIS & Mecœnatibus suis perpetua obseruantia plurimùm colendis.*

QVANTA SIT VTILITAS, DULCEDO ET dignitas artis Musicæ, Viri Amplissimi & Prudentissimi, neminem fugit, qui mediocriter est institutus, nec planè cum feris conuersatus. Hæc enim ars à Deo generi humano concessa, et per primos inuentores tradita est, vt per eam æternus conditor hominum & omnium rerum, in omnem æternitatem inuocetur, laudetur & celebretur: vt conuentus, qui fiunt in Ecclesijs Christianis, non sint muti congressus, sed in quibus piæ cantiones decantentur in laudem indiuiduæ Trinitatis, sicut Angeli in excelsis coram æterno Patre canunt æternum GLORIA ET SANCTVS &c. In hominum verò cordibus Musica est gubernatrix affectuum. Suaues enim & harmonici cantus pellunt tristitiam & graues curas, sollicitudinem animis eximunt, releuant confectos duris laboribus, sedatiores & mitiores reddunt viros concitatos, Conuiuijs deniq. adhibita suauia carmina & colloquia, quantum non lætitiæ & voluptatis ijs addunt, & similia faciunt Deorum solennitatibus Ambrosia &

 Nectare

Nectare stillantibus, de quibus multa scriptores Ethnici finxerunt. Hinc considerentur exempla magnorum & fortium Heroum, Dauidis, Arionis, Orphei, Lini &c. Qui non tantùm Musica delectati sunt plurimum, sed & ipsi suaues cantilenas & hymnos fecerunt, & numeris & citharis aptarunt & decantarunt in honorem Dei, & vtilitatem hominum. Quòd Arion cithara canens substitisse in collo Delphini, & ita pericula marina euasisse fingitur, quid aliud est, quàm superare affectus, & pellere ex animis iram, odium, asperitatem, imò homines immites & feros flectere ad lenitatem & mansuetudinem. Orpheus & Linus lapides & saxa conuocarunt, ex quibus vltrò confluxerunt mœnia, & vrbes conditæ sunt, id est, homines agrestes & ferarum more degentes in syluis & lustris, suaui cantu, & blanda eloquentia conuocarunt viri graues, & industrij, & eorum animos à feritate ad mansuetudinem reuocarunt, vt vnà habitarent, vrbes conderent, Deum agnoscerent, ciuilem societatem colerent. Ita quidem in maximo precio fuit semper apud vetustiores artis Musicæ peritia. Etsi autem (vt est huius seculi amentia) optima quæq; ferè contemnuntur & negliguntur: tamen vtilissimum est proponi adolescentibus assidua canendi exercitia, & eos à prima ætate assuefieri ad Musicam, id quod nemo sanus negabit. In eo itaq; quod vocatio mea à me postulat, cùm quadriennium totum apud vos in ludo literario & templo pro mea virili, Viri amplissimi & prudentissimi, desudârim, putaui me Amplit. & Prudent. vestris rem non ingratam, iuuentuti verò nostræ scholasticæ vtilem præstiturum, si aliquid ex tenui nostrarum Cantionum promtuario in lucem emitterem, id quod non sine monitis & incitamentis plurimorum amicorum, et Musices fautorum, qui id à me flagitarunt, iam facio, munusq; exiguum in vsum scholasticæ iuuentutis conscriptum, Amplitud. & Prudent. vestris offero,

offero, consecro & dedico, idq; vt sereno vultu, & fauente animo suscipere, deniq; fautores & Mecœnates mei esse & manere velitis, submissè & officiosè vos obsecro & oro. Benè valete Viri ornatissimi. Datæ Hannouer æ 1. Ianuarij Anno à nato Christo 1573. Qui vt sit faustus & salutaris, toto pectore Deum oro.

Amplit. & Prudent. vestris
deditissimus

Andreas Crapp
Cantor.

AD D. ANDREAM CRAPPIVM CANTOREM, AMICVM ET COLLEGAM SVVM.

THreïcius quamuis vates, Amphion, Arion
Docta per ora virûm volitent, ex nomine noti,
Culta quòd arguto cantarint carmina plectro,
Mœsta quibus stricti sunt pulsa grauamina cordis.

Sed triplicis quoniam veriq; & numinis altùm
Ignari siluère, in numina perdita proni
Fictaq; queis non est vel mens, vel spiritus intus:

 Quæue

Quæue Deus ruitura in tristia tartara mittet,
Nulla est doctisonæ quam pulsant gratia chordæ,
Musica grata Deo minus est, est fœtor & horror.

Non ita diuini gens conscia fœderis, hymnos
Concinnat. Summum celebrauit carmine Regem
Iessæus Vates, pia cœtus Musica grato
Angelici natum Dominum dignatur honore:
Virgo Dei genetrix, & qua Baptista Ioannes
Matre satus suaui promserunt carmina voce:
Carmina quæ summo verè placuêre tonanti:
Quæq; nouam præ se speciem præferre videntur
Æterni cœtus, qui Carmina dicere Regi
Promtus erit superûm, stupidus non degrauet artus,
Non oris neruos languor, non terminus æuo
Succedenti laudis erit. Sed Musica semper
Durabit, socius saluataq; corpora iunget
Cantus, & æternum resonabit: GLORIA CHRISTO,
GLORIA COELESTI GENITORI, GLORIA SANCTO
SPIRITVI, grates vult has sibi dicier ille,

Hac

Hac factus caussa, diroq; Acherontis ab Orco
Raptus HOMO, fruitur cœlestis munere lucis,
Et fruiturus, aget superis in sedibus æuum.

Ergo melos Vir docte tuum, tua Musica summo
Grata creatori, quem gratis laudibus ornat,
Vtilis est pueris, senibus solatia præstat,
Instruit & firmat sacri iuncta agmina cœtus.

Conuellant rigido si sanctos dente labores
Nasuti, diro commoti Dæmonis œstro,
Ad coruos abeant, vel nigra ad tartara pergant.
Tu vir docte pias modulari perge Camœnas:
Quas Deus & sanctum reuerenter suspicit agmen.

Lucas Vanselaus Pomeranus.

Τῷ Ἀνδρείᾳ Κραππίῳ ἀοιδῷ.

Ὡς τὰ πρῶτα θεοῦ μοῦνός τε καὶ ἄμβροτος υἱὸς
    σὰρξ γεγονὼς δειλοῖς Χριστὸς ἔοικε βροτοῖς.
Οὐρανίων ἵξον στρατιῶν πτερόεντες ὅμιλοι
    υἱέα κλείεσθαι τοῦ πατρὸς ἀϊδίου.
Αἶψα δὲ μέλπουσι ζαθέας μεμαῶτες ἐφετμὰς
    καδδύναμιν καθαρὸν τοῖσιν ἔπεσι θεόν.
Πανθάγιος θεὸς ὤν, σεμνὸς θεὸς ἠδὲ πανάγνος,
    εἷς θεὸς ἐν τρίσσαις δῆλος ὑποστάσεσι,
Θεσπεσίης τιμῆς, θείων τ' ἐπιπίμπλατ' ἐπαίνων
    οὐρανὸς ἀστερόεις, γαῖά τε εὐρύστερνος.
Ταῦτα διδασκόμενος ῥα σὺ προοίμιον ὕμνον ἀείδεις
    ὦ πανάριστε, θεῷ φίλτατε ἠδὲ βροτοῖς,
Ὅττι θεοῦ Χριστὸν πατρὸς ἐκγεγαῶτα ἀέξεις
    εὐσεβέως μέλεσιν καὶ ἁγίῃσι λιταῖς.
Χαῖρ' ἐπιτιμῶντας τ' ἴσχων θεὸς ἔκδικον ὄμμα
    ῥηϊδίως μινύθει χειρὶ ἀάπτῳ ἑῇ,
Σὺ δὲ χολῆς θρασέων ἀρετῇ πεπυκασμένε πάσῃ
    ὕμνον ἄειδε θεῷ ὠκυμόροις τε βροτοῖς.
Ζῆθι καὶ εὐδιάγων χαλεπῆς ἀπάνευθε νόσοιο
    λαμπρὸν ἔχοις συνετοῦ τοὔνομα ἀνδρὸς ἀεί.

M. VVichmannus Schulrabius Hannoueranus.


Missa


MISSA AD IMITATIONEM SVAVISSIMAE CANTIONIS: NON AVFERETVR SCEPTRVM DE IVDA.


VI. *Vocibus composita.*

Tenor Primus. I.




Kyrie elei son ij. ij. ij. ij.
Kyri e eleison eleison ij. ij. ij.
ij.
Gloria in excelsis Deo.
Et in terra pax ij. hominibus ij. bonæ voluntatis
ij. Laudamus te ij. ij. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Gratias agimus



agimus tibi ij. gratias agimus tibi' propter magnam gloriam tuam tuam,
Domine Deus rex cœlestis, Deus pater o mni potens, Domine fili Iesu Christe ij.
ij. ij. Domine Deus ij. Agnus Dei ij. agnus Dei
ij. filius patris filius patris.
Qui tollis peccata mundi peccata mundi, qui tollis peccata mundi, qui tollis peccata mundi misere- re nobis



re nobis, qui tollis peccata mundi, qui tollis peccata, Suscipe deprecationem nostram, qui sedes ad




dexteram ij. mise rere nobis. Quoniam tu solus sanctus, Tu solus Dominus ij.



Tu solus al tißimus Iesu Christe ij. Cum sancto Spiritu ij.



Cum sancto Spiritu in gloria Dei patris, Amen, in gloria Dei patris, Amen, ij.




patris, Amen.

Credo


Credo in vnum Deum.



Patrem omnipo tentem ij. ij. factorem cœli




& terræ ij. visi bilium omnium. Et in vnum Dominum Iesum Chri-



stum filium De i vni genitum ante omnia se cula, Deum de Deo, lu-



men de lumine de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum ij. consubstanti-




alem pa tri, per quem omnia facta facta sunt, qui propter nos homines & propter nostram salutem descen-

dit




Crucifixus tacet.

Et in



Sanctus



Agnus




CLARISSIMO VIRO, ERVDITIONE, VIRTVTE ET SAPIENTIA PRAESTANTI, DOMINO M. HEISONI GROVIO *celeberrimæ Reipub. Hannoueranæ Consuli, Domino ac Mecœnati suo.*

Primus Tenor. II. VIII. Vocum.



dir





GRATIARUM ACTIO PRO VICTORIA A DEO
Venetianis contra Turcam concessa 7. Octobris Anno
Christi 1571.

ORNATISSIMO PRUDENTISSIMOQUE VIRO
DOMINO NICOLAO FRIDAG CONSULI

III. *Hannouerensi dedicata.* VI. Vocum.



CLARISSIMO VIRO DOMINO CASPARO PEVCERO, ARTIS MEDICAE DOCTORI ET PROFESSORI IN *Academia VVitebergensi, affini & Mecœnati suo colendo.*

IIII. Sex Vocum.



SECVNDA PARS.



Tertia

TERTIA PARS.



DOCTISSIMO VIRO DOMINO BVRCHARDO ARNIKIO VRBIS HANNOVERANAE SECRETARIO *amico & fautori suo.*

V. Sex Vocum.



 dilexit


ij. dilexit Ecclesiam, & semetipsum, & semetipsum ij. tradidit pro ea
ij. tradidit ij. pro ea, vt illam sanctifi caret ij. purgans la-
uacro lauacro aquæ purgans lauacro aquæ lauacro aquæ per verbum per verbum, vt esset sancta
ij, ij. & inculpa ta & inculpata & inculpata.
ALTERA PARS.
Ita debent viri ij. ij. ij.
diligere


ij. diligere ij. vxores suas diligere vxores suas, vt sua ipso-
rum corpora, vt sua vt sua ipsorum corpo ra ij. cor pora,
Et sicut Ecclesia subiecta est Christo: Ita & vxores viris suis in omnibus, Et si-
cut Ecclesia subiecta est Christo: Ita & vxores viris su is in omnibus.

Symbolum

SYMBOLVM CLARISSIMI VIRI DOMINI
DOCTORIS HECTORIS MITHOBII
Physici Hannouerensis.

VI. Quinqꝫ Vocum.



a si



CLARISSIMO VIRO DOMINO CHRISTIANO
Studenitz Syndico Hannouerensi &c.

VII. Quinqꝫ Vocum.



D nunciate



Epithala-

EPITHALAMION IN NVPTIAS HONESTI VIRI DOMINI IOHANNIS HERBST CIVIS Hannouerensis.

VIII. Quinqꝫ Vocum.



 vnguen-



Secunda

SECVNDA PARS.



ni de



HONESTO VIRO DOMINO ZACHARIÆ VVeming ciui Hannouerensi.

IX. Quinq; Vocum.






Doctissima


DOCTISSIMO VIRO, ERVDITIONE ET VIRTV-
TE PRAESTANTI D. VVICHMANNO SCHVLRABIO, LIBERA-
lium artium Magistro, amico & fratri suo.

X. Quatuor Vocum.




Secunda

ALTERA PARS.



E Per

XI. Quatuor Vocum.



Mus. pract. ant.